



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 81. Bellum ab Henrico Brunsvicensi Principibus Lutheranis nuntiatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](#)

**Sæcul. XVI.** ac Cameræ Imperialis recusatione diximus,  
A.C. 1545. identidem repetimus, & Spirense Decretum  
 anni superioris urgemus: de cetero palam  
 profitemur, quod Wormatiense hoc Decre-  
 tum in quibus locis a Spirenſi diſſentit, non  
 admittamus.

## §. LXXXL

*Bellum ab Henrico Brunsvicensi Prin-  
 cipibus Lutheranis nuntiatum.*

**Sleid. p. 545.** **E seq.** Sub idem tempus Henricus Brunsvi-  
 censis durante Principum Conventu

Galliarum Regem accesit: cum vero  
 inde redux nuntium accepisset, quod  
 Fridericus Rifebergus in Saxonie fini-  
 bus pro Anglia Rege peditum copias  
 contraheret, ipse hujus occasionis op-  
 portunitate usus Francisco I. fuisit, pro-  
 misitque, facile se hoc agmen dissipatu-  
 rum, si pecuniarum suppetiis a Gallis ju-  
 varetur. Accepit ergo, ut creditur,  
 aliquot aureorum millia, nec tamen Ri-  
 febergum a conscribendo milite præ-  
 pedire poterat, convertit tamen aurum  
 Gallicum in bellum Protestantibus, qui  
 Henricum suo Ducatu spolarunt, infe-  
 rendum. Evidem Imperator, cui Du-  
 cis bona sequestri nomine tradebantur,  
 datis mox literis eundem hortabatur,  
 ut legibus rem ageret, ab armis vero  
 desisteret, alias autem, si morem gere-  
 re recusaret, proscriptionis pœnæ ob-

no-

noxius esset: ast ille has Cæsar's minas flocci habuit, collectisque copiis totus in eo erat, ut ditiones sibi erectas armorum vi recuperaret: unde Rotterburgum agri Bremensis oppidum contendit, exercitum suum copiis Bremensis Episcopi fratri sui juncturus. Verum Bremensis Senatus quasdam legiones, quæ urbem tuerentur, jam eo præmiserat, ibidemque militem præsidiarium inferebat: quo circa Henricus per ditionem Luneburgensem, quem fœde devastabat, iter suum prosequi coatus in suam Provinciam rediit, ubi præprimis Stenbruccum arcem ditione cepit, postea incensis pagis, vicinisque uribus agros sœvum in modum depopulatus est. Denique ad Brunsvicenses, Hanoveranos, Mindenses, Bremenses atque Hamburgenses tubicinem decrevit, qui eisdem nuntiaret, quod confessim de injuriis Duci illatis satisfarent, atque a conjuratione Smalcaldica (ita fœdus illud appellabat) discederent, fin vero id exequi renuerent, cuncta ferro, flammisque delenda scirent. Postea cum Dux totam Dekelburgii Comitis Protestantibus fœdere juncti ditionem devastaverat, aliæ quædam copiæ, scilicet octingenti equites, ac tria pedum millia fœse eidem adjunxerunt, unde Henricus his militum suppetiis au-

**Sæcul. XVI** A.C. 1545 ctus Guelpherbytanam arcem, quæ Du-  
catus sui caput erat, obsedit, populum-  
que in fidem suam jurejurando adegit.

## §. LXXXII.

*Landgravii expeditio contra Hen-  
cum Brunsvicensem.*

**Steidan. l. 6.** Interea Landgravius septem peditum  
millia, nec non mille sexcentos equi-  
tes præter tria cataphractorum signa  
collegit, ac viginti tribus varii generis  
tormentis instructus, Northemum usque  
in Calenbergensem Principatum pene-  
travit, eique Ernestus Brunvicensis Phi-  
lippi filius, ab Electore Saxone missus,  
mille equites, & tria peditum millia  
præter sex millia indigenarum, & duo-  
decim tormenta adduxit, nec minus ei-  
dem in auxilium venerat Mauritius  
Landgravii Gener, mille equitibus, ac  
peditum quinque millibus, nec non qui-  
busdam belli tormentis stipatus. Ve-  
rum Henricus nec exspectato quidem  
istorum adventu mox Guelpherbytanæ  
arcis, cuius præfidiarii eam fortiter tue-  
bantur, obsidionem solvit, ac inde pro-  
gressus prope Calfedum castra non nisi  
unico milliari a Landgravio dissita me-  
tatus est: Altera autem die nonnullæ  
Brunsvicensium equitum cohortes pro-  
pius ad Northemum accesserunt, ac  
cum Landgravii copiis manus confere-